



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

11. S. Sabini epistola Pado flumini scripta, quàm fuerit potens?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

go Cap. VII. Denum, etiam in aquarum damnis, laudabilem esse.

discerent ad diuinum configere auxiliatorem, neque Diutorum patrocinia aspernarentur.

XL

Ferrar. 10.

Martij.

S.Greg. lib. 3.

c.10, dialog.

Similem in aquis potentiam, Attala Abbas, apud Ferrarium, ostendit. Similem de Sabino Placentinorum Episcopo testatam reddit D.Gregorius. *Ei enim, dum die quadam, suis diaconus nuntiasset, quod cursus sui Padus alueum egressus Ecclesia agros occupasset, totaq; illic loca nutriendis seminibus profutura, aqua eiusdem fluminis teneret, venerabilis vita Sabinus Episcopus respondit, dicens: Vade, & dic ei; Mandat tibi Episcopus, ut te compescas, & ad proprium alueum redeas. Quod Diaconus eius audiens, despxit, & irrigis. Tunc vir Dei accessit Notario dictauit, dicens: Sabinus Domini IESV Christifernum commonitorium Pado: Precipio tibi, in nomine IESV Christi Domini nostri, ut de alueo tuo, in locis istis, ulterius non exeras, nec terras Ecclesie laderes presumas. Atq; eidem Notario subiungit, dicens: Vade, hoc scribe, & in aquam eiusdem fluminis proijce. Quo facto, sancti viri preceptum suscipiens, statim se a terris Ecclesie fluminis aqua compescuit, atq; ad proprium alueum resversa, exire ulterius in loca eadē non präsumpsit. Quia in re Petre, quid aliud, quam inobedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute IESV, & elementum irrationabile sancti viri preceptis obediret? Cur non obediret quoque hoc elementum ipsi Deo, inobedientibus irascenti, atque aquas, de aliis suis in eos, agminis instar, emittenti? Punit justè flammis, cur iniquè plectat vndis? cum sit Dominus utriusque elementi.*

## C A P V T VIII.

Aquas mortalibus nocentes, esse Dei iustissimè punientis instrumenta; ac saepe etiam velut iudicia, quibus mali à bonis discriminantur; sed cum iudicio, & non sine delectu agnoscenda.

**H**inc ad tertiam querelam responsio datur, quæ duabus prioribus suapte natura cohæret. Quippe, si aquæ sunt, quæ possunt sanitatem lädere; si diluvia, quæ valent in damna hominum excurrere; proclive est cogitare, & illas re ipsa, & ista nocere; enim uero, et si, metu ipso, grauiter affligant humanam solitudinem, tamen insuper etiam & funera facere,